

~~Manuscripto de la Colección del Ayuntamiento de Madrid. Siglo XVII. Madrid, Agosto 1976.~~

# Proverbia salomo- nis summa cum dili- gēcia denuo excusſa.



**E**pistola sancti Hieronymi presbyteri ad Chromatiū & Heliodorum episcopos: de libris salomonis.

**T**unc epistola quos iungit sacerdotiū: immo char-  
ta non diuidat: quos christi nectit amor. Cōmenta-  
rios in osee amos & zachariam: malachiā quoq; po-  
scitis. Scripsisse si licuisset præualitudine. Mittitis solatia  
sumptuū: notarios nostros & librarios sustentatis: ut uo-  
bis potissimum nostrū desudet ingenium. Et ecce ex latere  
frequēs turba diuersa poscentium quasi aut æquū sit meuo-  
bis esurientibus & aliis laborare aut in ratione dati & acce-  
pti: cuiq; præter uos obnoxius sim. Itaq; longa egrotatione  
fractus: ne penitus hoc anno reticerem & apud uos mut<sup>9</sup> es-  
sem: tridui opus nomini uiro cōsecreau: interpretationē uide  
licet triū salomonis uoluminū: masloth: qd' hebræi parabo-  
las: uulgata autē æditio puerbia uocat: coeletus: quæ græce ec-  
clesiasten: latinæ concionatorē possumus dicere: syrasirim:  
quod in lingua nostra uertitur canticū canticorū. Fertur &  
panarethos iesu filii syrach liber: & aliis pseudo graphus q  
sapiētia salomonis inscribit. Quorū priorem hebraicū rep-  
peri non ecclesiasticū ut apud latinos: sed parabolas præno-  
tatum. Cui iuncti erant ecclesiastes & canticū canticorū: ut  
similitudinē salomonis non solum numero librorum: sed  
etiam materiarū genere coequaret. Secūdus apud hebræos  
nusq; est: quia & ipse stilus græcā eloquentiā redolet: & non  
nulli scriptorum ueterū: hunc esse iudæi philonis affirmat.  
Sicut ergo iudith & thobie & machabeorū libros: legit qui  
dem eos ecclesia: sed inter canonicas scripturas nō recipit sic  
& hæc duo uolumina legat ad ædificationē plebis: non ad  
auctoritatē ecclesiasticorū dogmatum confirmandā. Si cui  
sane septuaginta interpretū magis editio placet: habet ea a  
nobis olim emēdatam. Neq; enim noua sic cudiimus ut ue-  
tera destruam<sup>9</sup>. Et tamē cū diligētissime legerit: sciat magis

scripta nostra intelligi : quæ non in tertium uas transfusa  
coacuerint: sed statim de prelo purissime commendata teste  
suum saporem seruauerint.

¶ Explicit epistola sancti Hieronymi.

Incipit prologus in libros eosdem.

**T**ribus nominibus uocatū fuisse salomonē scripturæ  
manifestissime docēt. Pacificum, i. salomonem, & ydi-  
da, hoc est dilectum dñi, & qd' nūc dicitur coeletus, i. ecclesi-  
sten. Ecclesiastes aut̄ græco sermone est appellat⁹, q̄ cœtum  
i. ecclesiā cōgreget: quē nos nūcupare possumus: cōtionato-  
rem, eo q̄ loquatur ad populū, & sermo ei⁹ nō specialiter ad  
unū, sed ad uniuersos dirigat generaliter. Porro pacificus &  
dilectus dñi ab eo q̄ regno eius pax fuerit, & eum domin⁹  
dilexerit: appellatus est. Nam & psalm⁹, xlivi, &, lxxi. dilecti  
& pacifici titulo prænotantur. Qui tamen & si ad prophe-  
tiam christi ecclesiæq̄ pertinentes fœlicitatem & uiires salo-  
monis excedunt: tamen scđm historiam: super salomonem  
scripti sunt. Itaq̄ iuxta numerū uocabulorū: tria uolumina  
ædedit. prouerbia, ecclesiasten, canticum cantorū. In puer-  
biis paruulū docens: & quasi de officiis p̄ sentētias erudiēs.  
Vnde & ad filiū sermo crebro repetitur. In ecclesiasten uero  
maturæ uirū ætatis instituens, ne quicq̄ in mundi rebus pu-  
tet esse ppetuū: sed caduca & breuia uniuersa quæ cernim⁹.  
Ad extremū iam cōsummatū uirū & calcato sacerculo præpa-  
ratum: in canticis cantorū sponsa iungit amplexib⁹. Nisi  
enim prius reliquerim⁹ uitia & pompis s̄eculi renūciantes:  
expeditos nos ad aduentū præparauerim⁹ non possum⁹ ca-  
tare canticum cantorū. Sed & hoc diligētius attendendū:  
tres libros auctore diuerso esse ititulatos. In puerbiis enim  
notanter prouerbia salomonis filii dauid regis israel. In ec-  
clesiasten uero uerba ecclesiastes filii dauid regis hierusalem.  
Superfluum quippe est israel hic quod male in græcis & la-

a ii

tinis codicibus inuenitur. In cantico autem canticorum nec filius dauid nec rex israel siue hierusalem præscribitur: sed tamen canticum canticorum salomonis. Sicut enim proverbia & rudiis institutio ad duodecim tribus & ad totum pertinet israel. & quoniam contemptus mundi non nisi metropolitis conuenit. hoc est habitatoribus hierusalem: Ita cantica canticorum ad eos proprie pertinet qui tamen superna desiderant. Ad incipientes & proficientes. & paterna dignitas. & regni proprii merito uendicatur auctoritas. Ad præfectos uero ubi non timore eruditur. sed amore proprium nomen sufficit. & aequalis magister est & nescit esse se regem. Quæ omnia referuntur ad christum.

¶ Incipit alius prologus.

**T**res libros salomonis. i. proverbia. ecclesiasten. & canticum canticorum. ueteri septuaginta interpretum auctori tati reddidi uel antepositis lineis. superflua quæcumque designata uel stellis titulo prænotatis: ea quæ minus habebatur interserens. ut plenius paula & eustochium cognoscatis. qd in libris nostris minus sit: quid ue redūdet. Nec non etiam illa quæ imperiti translatores male in lingua nostram de græco sermone uerterant obliterans & antiquas curiosissima ueritate correxi. Et ubi præpostero ordine atque peruerso sententiaturum fuerat lumen ereptum: suis locis restituens feci intellegi quod latebat. Porro in eo libro qui a plurimis sapietia salomonis inscribitur. & in ecclesiastico quem esse iesu filii syrach nullus ignorat; calatum temperauit. tamenmodo canonicas scripturas uobis emendare desideras: & studium meum certis magis quam dubiis commendare. Ideo græco & hebreo præfati uncula utraq[ue] in libro præmissa est. quia nonnulla de græco hoc ad illuminationem sensus & legatis ædificationem. uel inserta hebraice translationi. uel extrinsecus iuncta sunt. & idcirco qui legis semper peregrina memento.

¶ Incipit liber proverbiorum.

Capitulū. I.

**P**Arabole salomonis filii dauid regis israel: ad sciē-  
dam sapientiā & disciplinā: ad intelligenda uerba  
prudētiæ: & suscipienda eruditio[n]e doctrinæ ius-  
ticiæ & iudiciū & æquitatē. Ut de[em] paruulis astutia. & ado-  
lescēti sciētia & intellect⁹. Audiēs sapiēs sapiētior erit: & in-  
telligēs gubernacula possidebit. Aia dueret parabolā & in-  
terpretationē uerba sapientū & ænigmata eorū. Timor dñi  
principiū sapiētiæ. Sapiētiam atq[ue] doctrinā stulti despiciūt.  
Audi fili mi disciplinā patris tui. & ne dimittas legē matris  
tuæ: ut addaf ḡra capiti tuo. & torques collo tuo. Fili mi si te  
lactauerint p[re]tōres: ne acq[ui]escas eis. Si dixerint: ueni nobis  
cum. insidiemur sanguini. abscondam⁹ tēdiculas cōtra ison  
tem frustra: deglutiam⁹ eū sicut infern⁹ uiuentē & integrum  
quasi descendente in lacū: omnē preciosam substatiā reperie  
mus. implebimus domus nīras spoliis. sortē mitte nobiscū.  
marsupiū sit unū omniū nostrū: fili mi ne ambules cū eis.  
Prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum  
ad malū currunt: & festinant ut effundant sanguinem. Fru-  
stra autē iacitur rete ante oculos pennatorū. Ipsi quoq[ue] con-  
tra sanguinē suū insidiantur: & moliūtur fraudes cōtra aias  
suis. Sic semitæ omnis auari. aias possidentiū rapiunt. Sa-  
pientia foris prædicat: in platæis dat uocē suā. In capite tur-  
barū clamitat. in foribus portarū urbis profert uerba sua di-  
cens. Vsq[ue] quo paruuli diligitis infantia. & stulti ea quæ sibi  
sunt noxia cupiēt. & imprudētes odibūt scientiā. Conuerti-  
mini ad correptionē meā. En proferā uobis spiritum meū:  
& ostendā uobis uerba mea. Quia uocauī & renuistis: exten-  
di manū meā & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne  
consiliū meū: & increpationes meas neglexistis. Ego quoq[ue]  
in interitu uestro ridebo. & subsannabo cum uobis id qd' ti-  
mebatis adiuenerit. Cum irruerit repētina calamitas. & inten-

a iii

ritus quasi tempestas ingruerit: quādō uenerit sup uos tribu  
latio & angustia: Tunc inuocabunt me & nō exaudiam: ma  
ne consurgent. & nō inuenient me: eo q̄ exosam habuerint  
disciplinā. & timorē dñi nō suscepereint: nec acquiecerint cō  
silio meo. & detraxerint uniuersæ correptioni meæ. Come  
dent igitur fructus uiæ suæ: suisq; cōsiliis saturabunſ. Auer  
sio paruolorum interficiet eos. & prosperitas stultorū pdet  
eos. Qui autē me audierit. absq; terrore reqescet. & abundā  
tia perfruetur: timore malorum sublato. II.

**E**lli mi si suscepereis sermones meos: & mādata mea ab  
scōderis penes te. ut audiat sapientiā auris tua: inclina  
cor tuū ad cognoscendā prudentiā. Si enim sapiētiā iuuoca  
ueris: & inclinaueris cor tuum prudētiæ: si quæsieris eā qua  
si pecuniam. & sicut thesauros effoderis illā: tūc intelliges ti  
morē dñi: & scientiā dei inuenies. quia dñs dat sapiētiām &  
ex ore ei⁹ prudētia & sciētia. Custodiet rectorū salutē. & p  
teget gradiētes simpliciter seruans semitas iusticiæ: & uias  
sanctorū custodiēs. Tūc intelliges iusticiā & iudiciū & æqui  
tate & omnē semitā bonā. Si intrauerit sapientia cor tuū. &  
sciētia aīx tuæ placuerit: consiliū custodiet te. & prudētia ser  
uabit te: ut eruaris a uia mala & ab hoīe q̄ puersa loquitur.  
Qui relinquūt iter rectum. & ambulāt per uias tenebrosas.  
Qui letantur cum male fecerint & exultāt in rebus pessimis.  
Quorū uiæ peruersæ sunt: & infames gressus eorū: Ut erua  
ris a muliere aliena. & ab extranea quæ mollit sermōes suos  
& reliq̄t duce pubertatis suæ. & pacti dei sui oblita ē. Incli  
nata est enim ad mortem domus eius. & ad inferos semitæ  
ipsius. Omnes qui ingrediuntur ad eam non reuertent: nec  
apprehendēt semitas uitæ. Ut ambules in uia bona. & calles  
iustorū custodias. Qui enim recti sunt habitabunt in terra.  
& simplices permanebunt in ea. Impii uero de terra perden  
tur. & qui iniquæ agunt auferentur ex ea. III.

**F**ili mi ne obliuiscaris legis meæ & p̄cepta mea cor tuū custodiat. Longitudinē enim dierū & annos uitæ & pacē apponēt tibi. Misericordia & ueritas te non deserant. Circūda eas gutturi tuo. & describe i tabulis cordis tui. & in uenies gratiā & disciplinā bonā corā deo & hominib⁹. Ha- be fiduciā in dño ex toto corde tuo. & ne initaris prudentiæ tuæ. In omnibus uis tuis cogita illū. & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud temetipsum. Time deum: & rece- de a malo. Sanitas quippe erit umbilico tuo. & irrigatio os- sium tuorum. Honora dominū de tua substancialia. & de pri- mittiis omnium frugum tuarum da pauperibus: & imple- būtur horrea tua saturitate. & uino torcularia redundabūt. Disciplinam dñi fili mi ne abiicias nec deficias cū ab eo cor- riperis. Quem enim diligit domin⁹ corripit. & quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiā. & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negocia- tione auri & argenti. primi & purissimi fructus eius. Precio- sior est cunctis opibus sapientia. & omnia quæ desiderant. huic non ualent cōparari. Longitudo dierum in dextera ei⁹ & in sinistra illi⁹ diuitiæ & gloria. Vix eius uiae pulchræ & omnes semitæ eius pacifice. Lignum uitæ est his qui appre- henderint eam. & qui tenuerint eam beati. Domin⁹ sapien- tia fundauit terram: stabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius eruperunt abyssi. & nubes rore concrescut. Fili mi ne effluat hæc ab oculis tuis. Custodi legem meā atq; consiliū meum: & erit uita animæ tuæ. & gratia fauibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter in uia tua. & pes tuus non impinget. Si dormieris nō timebis: quiesces & suauis erit somn⁹ tu⁹. Ne pauas repentina terrore. & irruentes tibi potentias im- piorum. Dominus enim erit in latere tuo. & custodiet pedē tuū necapiaris. Noli prohibere benefacere eum qui potest: si uales & ipe bñfac. Ne dicas amico tuo uade & reuertere &

a iii

tras dabo tibi. cū statim possis dare. Ne moliaris amico tuo  
malū: cū ille in te habeat fiduciā. Nō contēdas aduersus ho-  
minē frustra cū ipse tibi nihil mali fecerit. Ne æmuleris ho-  
minē iniustum. nec imiteris uias eius: q̄ abominatio est dñi  
omnis illusor. & cum simplicib⁹ sermocinatio eius Egestas  
a dño ī domo impii: habitacula autē iustorum benedicētur.  
Ipse deludet illusores. & mansuetis dabit gratiā. Gloriā sa-  
pientes possidebūt. stultorum exultatio ignominia. IIII.

**H**Udite filii disciplinā patris. & attendite ut sciatis pru-  
dentiam. Domū bonum tribuā uobis: legē meā ne de-  
relinquatis. Nā & ego filius fui patris mei. tenellus & unige-  
nitus corā matre mea. & docebat me atq̄ dicebat: Suscipiat  
uerba mea cor tuū: custodi p̄cepta mea & uiues. Posside  
sapientiā. posside prudentiā. Ne obliuiscaris: neq̄ declines:  
a uerbis oris mei. Ne dimittas eā & custodiet te: dilige eam  
& conseruabit te. Principium sapientiæ posside sapientiam  
& in omni possessione tua acquire prudentiam. Arripe illā  
& exaltabit te: glorificaberis ab ea cum eā fueris amplexat⁹.  
Dabit capiti tuo augmenta grārū. & corona inclyta p̄teget  
te. Audi fili mi & suscipe uerba mea: ut multiplicētur tibi an-  
ni uitæ. Viam sapiētiæ monstrabo tibi. & ducam te per se-  
mitas æquitatis: quas cum ingressus fueris non artabūtur  
gressus tui. & currens non habebis offendiculum. Tene di-  
sciplinam. ne dimittas eam. Custodi illam: quia illa est uita  
tua. Ne delecteris in semitis impiorum: nec tibi placeat ma-  
lorum uia. Fuge ab ea nec transeras per illam: declina & dese-  
re eam. Non enim dormiūt nisi cū male fecerint: & nō capi-  
tur somnus ab eis nisi supplantauerint. Comedunt panem  
impietatis: & uinum iniquitatis bibunt. Iustorum autē se-  
mita quasi lux splendens procedit. & crescit usq̄ ad perfectā  
diem. Via impiorum tenebrosa: nesciunt ubi corruant. Fili-  
mi ausculta sermones meos & ad eloquia mea inclina aurē

tuam. Ne recedant ab oculis tuis custodi ea in medio cordis  
tui. Vita enim sunt inuenientibus ea & uniuersæ carni sani-  
tas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso uita proce-  
dit. Remoue a te os prauum, & detrahétia labia sint procul  
a te. Oculi tui recta uideant, & palpebræ tuae præcedat gres-  
sus tuos. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes uiae tuæ sta-  
bilentur. Ne declines ad dexterâ neq; ad sinistram. Auerte  
pedem tuū a malo. Vias enim quæ a dextris sunt: nouit do-  
minus: peruersæ uero sunt quæ sunt a sinistris. Ipse enim re-  
ctos faciet gressus tuos. itinera aut tua in pace producet. V.

**F**illi mi attéde sapientiâ meam: & prudentiæ meæ incli-  
na aurem tuâ ut custodias cogitationes. & disciplinâ la-  
bia tua conseruēt. Ne intederis fallaciæ mulieris. Fau' enim  
distillans labia meretricis. & nitidius oleo guttur ei'. Nouis  
fima aut illius amara quasi absinthium. & lingua ei' acuta  
quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem &  
ad inferos gressus eius penetrant. Per semitam uitæ nō am-  
bulant: uagi sunt gressus eius & inuestigabiles. Nūc ergo fi-  
li mi audi me. & ne recedas a uerbis oris mei. Longe fac ab  
ea uiiam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ne  
des alienis honoré tuū. & annos tuos crudeli. Ne forte im-  
plean̄ extranei uirib' tuis. & labores tui sint in domo alie-  
na. & gemas in nouissimis quâdo cōsumperis carnes tuas  
& corpus tuum. & dicas: Cur detestar' sum disciplinâ. & in-  
crepationibus nō acquieuit cor meum? Nec audiui uocē do-  
centium me. & magistris non inclinaui aurē meā. Pene fui  
in om̄i malo: in medio ecclesiæ & synagogæ. Bibe aquâ de  
cisterna tua. & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras  
& in platæis aquas tuas diuide. Habeto eas solus. nec sint  
alieni particeps tui. Sit uena tua benedicta. & lætare cū mu-  
liere adolescentiæ tuae. Cerua charissima. & gratissimus hin-  
nulus. Vbera eius inebrient te omni tempore. & in amore

a v

et delectare iugiter. Quare seducēris fili mi ab aliena, & for-  
ueris in sinu alterius. Respicit dñs uia hois. & oēs gressus  
eius cōsiderat. Iniquitates suæ capiūt impiū, & funib⁹ pecca-  
torū suorū cōstringitur. Ipse moriet quia non habuit disci-  
plinam, & in multudine stulticiæ suæ decipietur.

VI.

**F**ili mi si spōponderis p̄ amico tuo: defixisti apud extra-  
neum manū tuā. Illaqueat⁹ es uerbis oris tui, & captus  
propriis sermonibus. Fac ergo qđ dico fili mi & temetipsū  
libera: quia incidisti in manū pximi tui. Discurre festina: su-  
scita amicum tuum. Ne dedereris somnū oculis tuis: nec dor-  
mitent palpebræ tuæ. Eruere quasi damula de manu. & qua-  
si auis de insidiis aucupis. Vade ad formicam o piger, & cō-  
sidera uias eius: & disce sapientiam. Quæcum non habeat  
ducem nec p̄ceptorem nec principem: parat in æstate cibū  
sibi. & congregat in messe quod comedat. Vsq̄quo piger  
dormies? Quando consurges e somno tuo? Paululum dor-  
mies: paululum dormitabis: paululum confères man⁹ tuas  
ut dormias. & ueniet tibi quasi uiator egestas, & pauperies  
quasi uir armat⁹. Si uero impiger fueris: ueniet ut fons mes-  
sis tua. & egestas longe fugiet a te. Homo apostata uir inu-  
tilis gradif ore peruerso: annuit oculis. terit pede. digito lo-  
quitur. prauio corde machinatur malum, & omni tempore  
iurgia seminat. Huic exemplo ueniet perditio sua & subito  
conteretur: nec habebit ultra mēdicinam. Sex sunt quæ odit  
dominus, & septimū detestatur anima eius. Oculos subli-  
mes. linguam mendacem. manus effundentes innoxium san-  
guinem. cor machinans cogitationes pessimas. pedes ueloci-  
ces ad curendum in malum: proferente mendacia. testem fal-  
laciem, & eum qui seminat inter fratres discordias. Conser-  
ua fili mi p̄cepta patris tui: & ne dimittas legē matris tuæ  
liga eā in corde tuo iugiter. & circūda gutturi tuo. Cū ambū  
laueris gradiant̄ tecū: cū dormieris custodiāt te, & euigilans

loquere cum eis. Quia mandatū lucerna est: & lex lux: & uia  
uitæ increpatio disciplinæ ut custodiāt te a muliere mala. &  
a blanda lingua extraneæ. Non cōcupiscat pulcritudinē eius  
cor tuum: ne capiaris nutibus illi?. Preciū enim scorti uix est  
unius panis: mulier autē uiri preciosam aiam capit. Nunqđ  
potest homo abscondere ignem in sinu suo ut uestimenta il  
sius nō ardeant: aut ambulare sup prunas ut non plantæ cō  
burantur eius? Sic qui ingredit̄ ad mulierem proximi sui nō  
erit mundus cū tetigerit eam. Non grādis est culpa cum q̄s  
furatus fuerit. Furatur enim ut esuriētem impléat animam.  
Deprehensus quoq̄ reddet septuplum & omnē substantiā  
domus sux tradet & liberabit se. Qui autē adulter est ppter  
cordis inopiam perdet animā suam. Turpitudinem & igno  
miniam congreget sibi. & opprobrium illius non delebi  
tur. Quia zelus & furor uiri nō parbet in die uindictæ: nec  
acquiescet cuiusq̄ precibus: nec suscipiet pro redemptiōe do  
na plurima.

## VII.

**F**ili mi custodi sermones meos & præcepta mea recon  
de tibi. Fili honora dominū & ualebis: præter eū uero  
ne timueris alienū: Serua mādata mea & uiues. & legē meā  
quasi pupillā oculi tui. Liga eam in digitis tuis scribe illā in  
tabulis cordis tui. Dic sapiētiæ. soror mea es. & prudētiā uo  
ca amicā tuam. Ut custodiat te a muliere extranea & ab alie  
na: quæ uerba sua dulcia facit. De fenestra enim dom⁹ mex  
per cācellos prospexi iuuenē: & uideo paruulos. Considero  
uecordem iuuenem qui trāsit per platæas iuxta angulum. &  
prope uiam domus illius gradit̄ in obscuro aduerserascēte  
die in noctis tenebris & caligine. Et ecce occurrit illi mulier  
in ornatiū meretricio: præparata ad decipiēdas animas. Gar  
rula & uaga quietis impatiens: nec ualens in domo consiste  
re pedibus suis. Nunc foris nunc in platæis. nunc iuxta an  
gulos insidians. Apprehensumq̄ deosculat̄ iuuenē & paci

uultu blandiſ dicens. Victimæ pro salute deuouit: hodie red  
didi uota mea. Idcirco egressa sum in occurſum trū deside  
rans te uidere & repperi: Intexui funibus lectulū meū: stra  
ui tapetibus pictis ex ægypto: aspersi cubile meum myrrha  
& aloë & cynamomo. Veni inebriemur uberibus & frua  
mūr cupitis amplexibus donec illucescat dies. Nō est enim  
uir in domo sua: abiit via longissima. Sacculum pecuniæ se  
cum tulit, in die plenæ lunæ reuersurus est in domū suam.  
Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorū pro  
traxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad uicti  
mam: & quasi agnus lasciuens & ignorans: & nescit q̄ ad  
uincula stultus trahatur donec transfigat sagitta iecur eius.  
uelut si auis festinet ad laqueum, & nescit q̄ de periculo ani  
mæ illius agitur. Nunc ergo fili mi audi me: & attende uer  
ba oris mei. Ne abstrahatur in uiis illius mens tua: neq; de  
cipiaris semitis eius. Multos enim vulneratos deiecit. & for  
tissimi quiq; interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius pe  
netrantes interiora mortis.

### VIII.

**N**on quid non sapientia clamitat: & prudentia dat uo  
cem suam? In summis excelsisq; uerticibus, supra uiā  
in mediis semitis stans: iuxta portas ciuitatis, in ipsis forib;  
loquitur dicens: O uiri ad uos clamito. & uox mea ad filios  
hominū. Intelligite paruuli astuciam: & insipiētes animad  
uertite. Audite qm̄ de rebus magnis locutura sum, & aperiē  
tur labia mea ut recta prædicent. Veritatē meditabitur gut  
tur meum: & labia mea detestabuntur impiūm. Iusti sunt  
omnes sermones mei: non est in eis prauum quid necq; per  
uersum. Recti sunt intelligētibus: & æqui inuenientib; sciē  
tiā. Accipite disciplinā meā & non pecuniā: doctrinam  
magis q̄ aurum elige. Melior est enim sapientia cunctis  
opibus preciosissimis. & omne desiderabile ei nō potest co  
parari. Ego sapiētia habito in consilio: & eruditis intersum

cogitationibus. Timor dñi odit malū. arrogantiā & supbiā  
& uiam prauā. & os bilingue detestor. Meū est consilium &  
æquitas. Mea est prudētia: mea est fortitudo. Per me reges  
regnant. & legum conditores iusta decernunt. Per me prin-  
cipes imperant. & potentes decernunt iusticiam. Ego diligē-  
tes me diligo. & qui mane uigilauerint ad me inueniēt me.  
Mecū sunt diuitiæ & gloria: opes supnæ & iusticia. Melior  
est fructus meus auro & lapide precioso: & genimina mea  
argēto electo. In uis iusticiæ ambulo. in medio semitarum  
iudicii: ut ditem diligentes me. & thesauros eorum repleam.  
Dñs possedit me in initio uiarū suarum. anteq̄ quicq̄ faceret  
a principio. ab æterno ordinata sum & ex antiquis anteq̄ ter-  
ra fieret. Non dū erant abyssi: & ego iam concepta erā. Nec  
dum fontes aquarum eruperant. nec dum mótes graui mo-  
le cōstiterant. Ante omnes colles ego parturiebar. adhuc ter-  
ram non fecerat. & flumina & cardines orbis terræ. Quādo  
præparabat cœlos aderam quando certa lege & gyro ualla-  
bat abyssos. Quando æthera firmabat sursum: & librabat  
fontes aquarum. Quādo circūdabat mari terminum suum  
& legem ponebat aquis ne transirent fines suos. Quādo ap-  
pendebat fundamēta terræ: cum eo eram cuncta cōponens.  
Et delectabar per singulos dies ludens corā eo omni tempo-  
re: & ludēs in orbe terrarū: & delitiæ meæ esse cum filiis ho-  
minum. Nunc ergo filii audite me. Beati qui custodiūt uias  
meas. Audite disciplinā & estote sapientes: & nolite abiice-  
re eā. Beatus homo qui audit me: & q̄ uigilat ad fores meas  
quotidie. & obseruat ad postes ostii mei. Qui me inuenerit  
inueniet uitā & hauriet salutē a dño. Qui aut in me peccau-  
rit: lœdet animā suā. Om̄es q̄ me oderūt: diligūt mortē. IX.

**S**apiētia ædificauit sibi domū excidit colūnas septem.  
Immolauit uictimas suas: miscuit uinū & pposuit mē-  
sam suam. Misit ancillas suas ut uocarēt ad arcē. & ad mœ-

ria ciuitatis. Si quis est parvulus ueniat ad me. Et insipientibus locuta est. Venite comedite panem meum: & bibite uinum quod miscui uobis. Relinquite infantiam & uenite & ambulate per uias prudentiarum. Qui erudit derisorem. ipse iniuriam sibi facit. & qui arguit impium: sibi maculam generat. Noli arguere derisorem ne oderit te. Argue sapientem. & diliget te. Da sapienti occasionem. & addetur ei sapientia. Docce iustum. & festinabit accipere. Principium sapientiae timor domini. & scientia sanctorum prudentia. Per me enim multiplicabuntur dies tui. & addetur tibi anni uitae. Si sapiens fueris tibimet ipsi eris. si autem illusor: solus portabis malum. Mulier stulta & clamosa. plenaq[ue] illecebris & nihil omnino sciens: sedet in foribus domus suae super sellam in excelso urbis loco: ut uocaret transeuntes per uiam & pergentes in itinere suo. Quis est parvulus declinet ad me. Et uerandi locuta est. Aquae furtuæ dulciores sunt: & panis absconditus suauior. Et ignorauit quod ibi sint gigantes. & in profundis inferni conuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi descendet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea. saluabitur. X.

**E**lli sapiens laetificat patrem: filius uero stultus moestitia est matris suae. Nil proderunt thesauri impietas: iusticia uero liberabit a morte. Non affliget dominus famam animam iusti. & insidias impiorum subuertet. Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium diuitias parat. Qui nititur mendaciis hic pascit uentos: id est autem ipse sequitur aues uolantes. Qui congregat in messe filium sapiens est: qui autem sterterit æstate. filius confusionis. Benedictio domini super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitatem. Memoria iusti cum laudibus. & nomine impiorum putrescit. Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus ceditur labiis. Qui ambulat simpliciter. ambulat confidenter: qui autem depravat uias suas manifestus erit. Qui annuit

oculo dabit dolorem: & stultiis labiis uerberabitur. Vena ui-  
tre os iusti: & os impiorum operit iniuitatem. Odium su-  
scitatrices: & uniuersa delicta operit charitas. In labiis sapiē-  
tis inuenitur sapiētia. & uirga in dorso eius qui indiget cor-  
de. Sapientes abscondunt scientiam: os autem stulti confu-  
sioni proximum est. Substantia diuitis urbs fortitudinis  
eius: pauor pauperum egestas eorum. Opus iusti ad uitam:  
fructus autem impii ad peccatum. Via uitæ custodienti di-  
sciplinam: qui autem increpationes relinquit errat. Abscon-  
dunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam insi-  
piens est. In multiloquio non deerit peccatum: qui autē mo-  
deratur labia sua prudentissimus est. Argentum electū. lin-  
gua iusti: cor autem impiorum pro nihilo. Labia iusti eru-  
diunt plurimos. qui autem indocti sunt in cordis egestate  
morientur. Benedictio domini diuites facit: nec sociabitur  
ei afflictio. Quasi per risum stultus operatur scelus: sapien-  
tia autē est uiro prudentia. Quod timet impius ueniet super  
eum: desiderium suum iustis dabitur. Quasi tempestas trā-  
siens non erit impius: iustus autem quasi fundamentū sem-  
piternum. Sicut acetum dentibus & fumus oculis. sic piger  
his qui miserunt eum. Timor domini apponet dies: & anni  
impiorum breuiabuntur. Expectatio iustorum læticia: spes  
autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis uia domini:  
& pauor his qui operantur malum. Iustus in æternum nō  
commouebitur: impii autē non habitabunt super terrā. Os  
iusti parturiet sapientiam: lingua prauorum peribit. Labia  
iusti considerant placita: & os impiorum peruersa. XI.

**S**tatera dolosa abomiatio ē apud deū. & pōdus æquū  
uolūtas ei?. Vbi fuerit supbia ibi erit & cōtumelia: ubi  
autē est hūilitas ibi & sapia. Simplicitas iustorū diriget eos:  
& supplātatio peruersorū uastabit illos. Non proderūt diui-

tiæ in die ultionis: iusticia aut liberabit a morte. Iusticia sim-  
plicis diriget viâ ei: & in impietate sua corruet impius. Iu-  
sticia rectorum liberabit eos: & in insidiis suis capientur ini-  
qui. Mortuo homine impio nulla erit ultra spes. & expecta-  
tio sollicitorum peribit. Iustus de angustia liberat' est & tra-  
detur impius pro eo. Simulator ore decipit amicū suum: iu-  
sti aut liberabuntur scientia. In bonis iustorum exaltabit ci-  
uitas. & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictiōe  
iustorum exaltabitur ciuitas. & ore impiorū subuertet. Qui  
despicit amicum suum indigens corde est: uir autē prudens  
tacebit. Qui ambulat fraudulēter reuelat arcana: qui autē fi-  
delis est celat amici cōmissum. Vbi nō est gubernator popu-  
lus corruet: salus autē ubi multa consilia. Affligetur malo q  
fidem facit pro extraneo qui aut cauet laqueos: securus erit.  
Mulier grata inueniet gloriam. & robusti habebunt diui-  
tias. Benefacit animæ suæ uir misericors: qui autē crudelis ē.  
etiam propinquos abiicit. Impius facit opus instabile: semi-  
nanti autē iusticiā. merces fidelis. Clemētia præparat uitam  
& sectatio malorum mortē. Abominabile dño cor prauū &  
uoluntas eius in his qui simpliciter ambulat. Manus in ma-  
nu non erit innocens malus: semen autē iustorum saluabi-  
tur. Circulus aureus in naribus suis: mulier pulchra & fatua  
Desiderium iustorum omne bonū est: prestolatio impiorū  
furor. Alii diuidunt ppria: & ditiores fiunt: alii rapiunt nō  
sua. & semper i egestate sunt. Anima quæ bene dicit impin-  
guabitur. & qui inebriat ipse quoq̄ inebriabitur. Qui absco-  
dit frumenta maledicetur in populis: benedictio aut sup ca-  
put uendētium. Bene consurgit diluculo qui querit bona:  
qui autē inuestigator malorū est opprimet ab eis. Qui con-  
fudit in diuiniis suis corruet: iusti autē quasi uirens foliū ger-  
minabunt. Qui conturbat domū suam possidebit uentos.  
& qui stultus est seruiet sapiēti. Fructus iusti lignum uitæ.

& qui suscipit aias sapiēs est. Si iustus in terra recipit: quanto magis impius & peccator?

XII.

**Q**ui diligit disciplinā diligit scientiā: qui aut̄ odit incre-  
pationes insipiens est. Qui bonus est hauriat sibi gra-  
tiā a dño: qui aut̄ confidit in cogitationibus suis impie agit.  
Non roborabit homo ex impietate: & radix iustorū nō cō-  
mouebitur. Mulier diligens corona est uiro suo: & putredo  
in ossibus eius quæ cōfusione res dignas gerit. Cogitatiōes  
iustorū iudicia: & cōsilia impiorū fraudulēta. Verba impio-  
rū insidianī sanguini: os iustorum liberabit eos. Verte im-  
pios & nō erunt: domus autē iustorū permanebit. Doctri-  
na sua noscitur uir: qui autē uanus & excors est patebit con-  
temptui. Melior est pauper & sufficiēs sibi: q̄ gloriōsus & in-  
digens pane. Nouit iustus iumētorum suorum animas: ui-  
scera autē impiorū crudelia. Qui operat terram suā: satiabit  
panibus: qui autē sectatur ocīū stultissimus est. Qui suauis  
est uiuit in moderationib⁹: in suis monitionib⁹ relinquic̄ cō-  
tumelīa. Desideriū impii monimētum est pessimorum: ra-  
dix aut̄ iustorum proficiet. Propter peccata labiorum ruina  
proximat malo: effugiet aut̄ iust⁹ de angustia. De fructu oris  
sui unusquisq; replebit bonis: & iuxta opera manū suarū  
retribuetur ei. Via stulti recta in oculis eius: qui autē sapiēs  
est audit consilia. Fatuus statim indicat iram suā: qui autem  
dissimulat iniuriā callidus est. Qui qđ nouit loquitur iudex  
iusticiæ est: qui aut̄ mentis testis est fraudulētus. Est qui p-  
mittit & quasi gladio pungitur conscientiæ lingua autē sa-  
pientium sanitas. Labium ueritatis firmū erit imppetuū:  
qui autē testis est repētinus. cōcinnat linguā mendacii. Do-  
lus in corde cogitatiū mala: qui autē pacis ineunt consilia.  
sequitur eos gaudiū. Non cōtristabit iustū quicqd ei accide-  
rit: impii autē replebuntur malo. Abominatio est dño labia  
mendacia: qui autē fideliter agūt placēt ei. Homo uersutus

b

celat scientiā:& cor insipientiū prouocat stulticiā. Man⁹ for-  
tium dominabitur:quæ aut̄ remissa est tributis seruiet. Moe-  
ror in corde uiri humiliabit illum: & sermone bono lætiſi-  
cabitur. Qui negligit daminū propter amicū iustus est:iter  
autem impiorum decipiet eos. Non inueniet fraudulentus  
lucrum:& substātia hominis erit auri precium. In semita iu-  
sticiæ uita:iter autē deuiū ducit ad mortem.

XIII.

**E**lliū sapiens doctrina patris:qui autē illusor est nō au-  
dit cum arguitur. De fructu oris sui homo satiabit̄ bo-  
nis:anima autem impiorum iniqua. Qui custodit os suūm  
custodit animā suam:qui autē incōsideratus est ad loquen-  
dum sentiet mala. Vult & non uult piger:anima autē ope-  
rantiū impinguabitur:Verbū mendax iustus detestabitur:  
impius autem confundit & confundetur. Iusticia custodit  
innocentis uiam:impietas autem peccatorem supplantat.  
Est quasi diues cum nihil habeat:& est quasi pauper cum in  
multis diuitiis sit. Redemptio animæ uiri diuiciæ suæ: qui  
autē pauper est increpationē non sustinet. Lux iustorum lœ-  
tificat:lucerna aut̄ impiorū extinguet. Inter superbos sem-  
per iurgia sunt:qui autem agunt omnia cum consilio. regū-  
tur sapientia. Substantia festinata minuetur:quæ autē pau-  
latim colligitur manū. multiplicabitur. Spes quæ differtur  
affligit animam:lignum uitæ desiderium ueniens. Qui de-  
trahit alicui regi:ipse se in futurum obligat:qui autē timet  
præceptum in pace uersabitur. Animæ dolosæ errant in pec-  
catis:iusti autem misericordes sunt & miserantur. Lex sapiē-  
tis fons uitæ:ut declinet a ruina mortis. Doctrina bona da-  
bit gratiam:in itinere contemptorum uorago. Astutus om-  
nia agit cum consilio:qui autē fatuus est aperit stulticiā. Nū  
cius impii cadet in malum:Legatus fidelis sanitas. Egestas  
& ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autē acquiescit  
argenti glorificabitur. Desideriū si compleatur delectat ani-

má:detestan̄ stulti eos qui fugiunt mala. Qui cū sapienti-  
bus graditur sapiens erit:amicus stultorū similis efficietur.  
Peccatores persequitur malum:& iustis retribuentur bona.  
Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iu-  
sto substātia pētōris. Multi cibi in noualibus patrū:& aliis  
congregat̄ur absq; iudicio.Qui parcit uirgæ odit filiū sūi:  
qui autē diligit illum,instanter erudit. Iustus comedit & re-  
plet animā suam uéter autē impiorum insaturabilis,XIII.

**S**apiens mulier ædificat domum suam:insipiens extru-  
ctam quoq; manibus destruet. Ambulans recto itine-  
re & timens deum,despicitur ab eo qui infami graditur uia.  
In ore stulti uirga superbiæ:labia sapientum custodiūt eos.  
Vbi non sunt boues:præsepe uacuum est:ubi autē apparēt  
plurimæ segetes ibi manifesta est fortitudo bouis. Testis fi-  
delis non mentietur:profert autem mendacium dolosus te-  
stis. Quærerit derisor sapientiā & non inuenit:doctrina pru-  
dentiū facilis. Vade cōtra uirū stultum:& nescit labia prudē-  
tiæ. Sapiētia callidi est intelligere uiā suā:& prudentia stul-  
torum errans. Stultus illudet peccatum:& inter iustos mo-  
rabitur gratia. Cor quod nouit amaritudinē animæ suæ:in  
gaudio eius non miscebitur extraneo. Dom⁹ impiorū dele-  
bitur tabernacula iustorū germinabūt. Est uia quæ uideſ ho-  
mini iusta:nouissima aut̄ eius deducūt ad mortē. Risus do-  
lore miscebitur:& extrema gaudii luctus occupat. Viis suis  
replebitur stultus:& super eum erit uir bonus. Innocēs cre-  
dit omni uerbo,astutus cōſiderat gressus suos. Filio doloso  
nihil erit boni:seruo aut̄ sapiēti prosperi erunt actus:& diri-  
getur uia eius. Sapiens timet & declinat a malo:stultus trā-  
ſilit & confidit. Impatiens operabitur stulticiam:& uir uer-  
sus odiosus est. Possidebunt paruuli stulticiam:& expe-  
ctabuut astuti scientiam.Iacebūt mali ante bonos:& impīi  
ante portas iustorum. Etiā proximo suo paup odiosus est:

b ii

amici uero diuitium multi. Qui despicit proximū suum pecat qui autē misereſ pauperi beat⁹ erit. Qui credit in dñō miſericordiā diligit: errat qui operantur malum. Miſericordia & ueritas præparant bona. In omni opere bono erit abundatia: ubi autē uerba ſint plurima, ibi frequēter egestas. Corona ſapientū diuitiæ eorum: fatuitas ſtultorum imprudētia. Liberat animas testis fidelis, & profert mēdacia uersipelis. In timore dñi fiducia fortitudinis: & filiis eius erit ſpes. Timor dñi fons uitæ: ut declinet a ruina mortis. In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principiis. Qui patiens eſt multa gubernatur ſapiētia: q̄ aut̄ impatiens eſt, exaltat ſtultičiā ſuam. Vita carniū sanitas cor‐dis: putredo ossium iniuidia. Qui calūniaſ egentē: reprobat factori eius honorat autē eū qui miſereſ pauperis. In mali‐cia ſua repelleſt impius: ſperet autē iustus in morte ſua. In corde prudentis requieſcit ſapiētia: & indoctos quoſq; eru‐dięt. Iuſticia eleuat gétem: miſeros aut̄ facit ppl'os pctm. Acceſt⁹ ē regi minister itelligēs: iracūdiā ei⁹ inutilis ſuſtinebit.

**B** Espōſio mollis frangit iram: ſermo durus uſci XV. Brat furorē. Lingua ſapientū ornat ſcientiā: os fatuorū ebullit ſtultičiā. In omni loco oculi dñi: cōtemplātur bonos & malos. Lingua placabilis lignū uitæ: quæ autē immoderata eſt conteret ſpiritū. Stultus irridet disciplinā patris ſui: qui autē custodit increpatiōnes astutior fiet. In abūdanti iuſticia uitus maxima eſt: cogitationes autē impiorū eradica‐bunt. Domus iusti plurima fortitudo: & in fruct⁹ impii cō‐turbatio. Labia ſapientū diſseminabūt ſcientiā: cor ſtultorū diſſimile erit. Victimæ impiorum abominabiles dñō: uota iuſtorum placabilia. Abominatio eſt dñō uia impii, qui ſeq‐etur iuſticiam diligitur ab eo. Doctrina mala deſerētum uia uitæ: qui increpatiōnes odit moriet̄. Infernus & perditio co‐ram dñō: quātomagis corda filiorum hominū? Non amat

pestilens eum qui se corripit nec ad sapientes gradit. Cor gaudens exhilarat facie; in merore animi deiicitur spus. Cor sapientis querit doctrinam; & os stultorum pascitur imperitia. Omnes dies pauperis mali: secura mens quasi iuge conuiuim. Melius est parum cum timore domini; quam thesauri magni & insatiabiles. Melius est uocari ad olera cum charitate. quam ad uitulum saginatum cum odio. Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas. Iter pigrorum quasi sepes spinarum: uia iustorum absque offendiculo. Filius sapientiae laetificat patrem; & stultus homo despicit matrem suam. Stulticia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos. Dissipantur cogitationes ubi non est consilium: ubi uero sunt plures consilia rii, confirmantur. Laetus homo in sententia oris sui: & sermo oportunitatis est optimus. Semita uitae super eruditum: ut declinet de inferno nouissimo. Domum superbiorum demolietur dominus. & firmos faciet terminos uiduae. Abominatio domini cogitationes male: & purus sermo pulcherrimus firmabit ab eo. Conturbat dominum suam qui sectatur auaricia: quia autem odit munera uitiae. Per misericordiam & fidem purgans peccata: per timorem autem domini declinat omnis a malo. Mes iusti meditabitur obedienciam: os impiorum reditudinat malis. Longe est dominus ab impiis: & orones iustorum exaudiet. Lux oculorum laetificat aiam: fama bona impinguat ossa. Auris quae audit increpationes uitae: in medio sapientium comorabitur. Qui abiicit disciplinam, despicit aiam suam: qui autem acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor domini disciplina sapientiae: & gloria precedit humilitas.

**H**ominis est anima preparare: & domini gubernare XVI. Lingua. Omnes uitae hominum patet oculis eius: spiritu ponderator est dominus. Reuelata domino opera tua: & dirigetur cogitationes tuae. Vnde iuersa propter semetipsum opatus est dominus. impium quoque ad diem malum. Abominatio domini est ois arrogas. etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens. Initium uitae bona-

b iii

facere iusticiā: accepta est apud deum magis q̄ immolate ho-  
stias. Misericordia & ueritate redimit iniquitas: & in timo-  
re domini declinat a malo. Cū placuerint dño uix hoīs: ini-  
micos quoq; eius cōuertet ad pacē. Melius est parū cum iu-  
sticia: q̄ multi fructus cū iniquitate. Cor hominis disponit  
uiam suam: sed dñi est dirigere gressus eius. Diuinatio in la-  
biis regis: in iudicio non errabit os eius. Pondus & statera  
iudicia dñi sunt: & opera eius omnes lapides s̄eculi. Abomi-  
nabiles regi qui agūt impiet: quoniā iusticia firnat solium.  
Volūtas regū labia iusta: q̄ recta loquif̄ dirigeſ. Indignatio  
regis nūcii mortis: & uir sapiēs placabit eū. In hilaritate uul-  
tus regis uita. & clementia eius quasi imber serotinus. Possi  
de sapientiam: quia auro melior est: & acquire prudentiā. q̄  
preciosior est argento. Semita iustorū declinat mala: custos  
animæ suæ seruat uitā suam. Contritionē præcedit supbia:  
& ante ruinā exaltabitur spiritus. Melius est humiliari cū mi-  
tibus: q̄ diuidere spolia cum superbis. Eruditus in uerbo re-  
periet bona: & qui sperat in domino beatus est. Qui sapiēs  
est corde. appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio maio-  
ra reperiet. Fons uitæ eruditio possidentis. doctrina stulto-  
rum fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius. & labiis eius ad-  
det gratiam. Fauis mellis composita uerba. dulcedo animæ  
sanitas ossium. Est uia quæ uidetur homini recta: & nouis-  
simia eius ducunt ad mortem. Anima laborantis laborat si-  
bi: quia compulit eum os suum. Vir insipiēs fodit malum:  
& in labiis eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat li-  
tes. & uerbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicū  
suum: & dicit eum per uiam nō bonam. Qui attonitis ocu-  
lis cogitat praua: mordens labia sua perficiet malum. Coro-  
na dignitatis senect' quæ in uiis iusticie reperiet. Melior est  
patiens uiro forti: & qui dominat animo suo expugnatore  
urbium. Sortes mittuntur i sinū: sed a dño temperātur. XVII.

**M**elior est brucella sicca cum gaudio: q̄ domus plena ui  
ctimis cū iurgio. Seruus sapiens dñabif stultis filiis:  
& inter fratres hæreditatē diuidet. Sicut igne probat argētū  
& aurū camino: ita corda probat dñs. Malus obedit linguae  
iniquae: & fallax obtemperat labiis mēdaci⁹. Qui despicit  
pauperem exprobrat factori eius: & qui in ruina lētatur al-  
terius: non erit impunitus. Corona sēnum filii filiorum: &  
gloria filiorum patres eorum. Nō decent stultū uerba cōpo-  
sita nec principē labiū mentiens. Gemma gratissima expe-  
ctatio præstolatis: quocūq; se uertit prudēter intelligit. Qui  
celat delictū querit amicitias: qui altero sermone repetit se-  
parat foederatos. Plus proficit correctio apud prudentem: q̄  
centum plage apud stultū. Semp iurgia querit malus ange-  
lus autē crudelis mittetur contra eum. Expedit magis ursæ  
occurrere raptis fœtibus: q̄ fatuo confidenti sibi in stulticia  
sua. Qui reddit mala pro bonis: non recedet malum de do-  
mo eius. Qui dimittit aquam caput est iurgiorum: & ante q̄  
patiatur contumeliam iudicium deserit. Et qui iustificat im-  
pium & qui condēnat iustum: abominabilis est uterq; apd'  
deum. Quid prodest stulto habere diuitias: cum sapiētiam  
emere non possit? Qui altā facit domum suam querit ru-  
nam: & qui euītat discere incidet in malum. Omni tempore  
diligit qui amicus est: & frater in angustiis cōprobaf. Stult⁹  
homo plaudet manibus suis: cū spopōderit pro amico suo.  
Qui meditatur discordias diligit rixas: & qui exaltat os suū  
querit ruinam. Qui peruersi cordis est nō inuenit bonum:  
& qui uertit linguā incidet in malū. Nat⁹ est stultus in igno-  
miniā suā: sed nec pater in fatuo lētabif. Anim⁹ gaudēs æta-  
tē floridā facit: spūs tristis exsiccat ossa. Munera de sinu im-  
pius accipit: ut puertat semitas iudicii. In facie prudētis lucet  
sapiētia: oculi stultorū in finibus terræ. Ira patris filius stul-  
tus: & dolor mīris quæ genuit eū. Nō est bonū dānū iferre

b iii

iusto; nec percutere principem qui recta iudicat. Qui moderatur sermones suos doctus & prudens est: & preciosi spiritus uir eruditus. Stultus quoq; si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua intelligens.

XVIII.

**O**ccasiones querit qui uult recedere ab amico. omni tempore erit exprobrabilis. Non recipit stultus uerba prudentiae: nisi ea dixeris quæ uersantur in corde eius. Impi<sup>o</sup> cū in profundū uenerit pectórum cōtemnit. sed sequit̄ eū ignominia & opprobriū. Aqua profunda ex ore uiri: & torrēs redūdans fons sapietiae. Accipere psonā impii in iudicio non est bonū: ut declines a ueritate iudicii. Labia stulti miscēt se rixis: & os eius iurūa prouocat. Os stulti contritio ei<sup>o</sup>: & labia ipsius ruina aīæ eius. Verba bilinguis quasi simplicia: & ipsa perueniunt usq; ad interiora uentris. Pigrum deuicit timor: animæ aut̄ effēminatorum esuriēt. Qui mollis & disolut<sup>o</sup> est in opere suo: frater est sua opa dissipatis. Turrī fortissima nomen domini: ad ipsam currit iustus & exaltabit̄. Substātia diuitis urbs roboris ei<sup>o</sup> & quasi mur<sup>o</sup> ualidus circumdat̄ eū. Anteq; conterat̄ exaltat̄ cor hoīs: & anteq; glorificetur humiliatur. Qui prius respondet q̄ audiat̄. stultum se esse demonstrat & confusione dignum. Spiritus uiri sustentat imbecillitatem suam: spiritum uero ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Cor prudentis possidebit scientiam: & auris sapientium querit doctrinam. Donū hominis dilatat uiam eius: & ante principes spaciū ei facit. Iustus prior est accusator sui: uenit amicus eius & inuestigabit eum. Contradic̄tōes cōprimis fors: & inter potētes quoq; diuidicat. Frater qui adiuuat̄ a fratre quasi ciuitas firma: & iudicia quasi uestes urbiū. De fructu oris uiri replebit̄ ueter eius: & genimina labiorum ipsius saturabūt eum. Mors & uita in manibus linguae: qui diligunt eam comedent fructus ei<sup>o</sup>. Qui inuenit mulierem bonam: inuenit bonum &

iii d

hauriet iocunditatē a dño. Qui expellit mulierē bonā expel-  
lit bonū: qui aut̄ tenet adulterā stultus est & insipiēs: Cū ob  
seccrationibus loquiſ pauper: & diues effabif rigide. Vir ami-  
cabilis ad societatem: magis amicus erit q̄ frater.

XIX.

**P**elior est pauper qui ambulat in simplicitate sua: q̄ di-  
ques torquēs labia sua & insipiēs. Vbi non est scientia  
animæ non est bonū: & qui festinus est pedibus offendit.  
Stulticia hois supplantat gressus eius: & cōtra deum feruet  
animo suo. Diuitiae addūt amicos plurimos: a paupere autē  
& hi quos habuit separātur. Tēstis falsus non erit impunit⁹  
& qui mendacia loquitur non effugiet. Multi colunt perso-  
nam potentis: & amici sunt dona tribuentis. Fratres homi-  
nis pauperis oderunt eum: insup & amici procul recesserunt  
ab eo. Qui tantū uerba sectatur nihil habebit: qui autē pos-  
sessor est mentis diligit animā suā: & custos prudētiae inue-  
niet bona. Falsus tēstis non erit impunitus: & qui loquitur  
mendacia peribit. Non decent stultum diuitiae: nec seruum  
dñari principibus. Doctrina uiri per patiētiā noscitur: & glo-  
ria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremit⁹ leonis. ita & re-  
gis ira: & sicut ros super herbā: ita & hilaritas eius. Dolor pa-  
tris filius stultus: & tecta iugiter perstillātia litigiosa mulier.  
Domus & diuitiae dantur a parentibus: a domino aut̄ pro-  
prie uxor prudens. Pigredo immittit soporem. & anima dif-  
soluta esuriet. Qui custodit mandatum. custodit animam  
suam: qui aut̄ negligit uiam suam mortificabitur. Fœnera-  
tur domino qui miseretur pauperis: & uicissitudinem suā  
reddet ei. Erudi filium tuum ne desperes: ad interfectionem  
autem eius ne ponas animā tuam. Qui enim impatiens est  
sustinebit damnum: & cum rapuerit, aliud apponet. Audi  
consilium & suscipe disciplinam: ut sis sapiēs in nouissimis  
tuis. Multæ cogitationes in corde uiri: uolūtas autem domi-  
ni in æternū permanebit. Homo indigēs misericors est.

b v

& melior est pauper iustus q̄ uir mēdax. Timor domini ad uitam: & in plenitudine cōmorabitur absq̄ uisitatione pef̄ simi. Abscondit piger manū suam sub ascella: nec ad os suū applicat eam. Pestilente flagellato. stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem intelliget sapientiam. Qui affligit patrem & fugit matrē: ignominiosus erit & infelix. Non cesses audire fili doctrinam: nec ignores sermones sciētiæ. Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorum deuorat iniquitatē. Parata sunt derisoribus iudicia: & mallei percutientes stultorum corporibus.

XX

**L**uxuriosa res uinū. & tumultuosa ebrietas. Quicunq̄ his delectatur: non erit sapiēs. Sicut rugitus leonis. ita & terror regis: qui prouocat eum peccat in animā suam. Honor est homini qui separat se a cōtentioībus: omnes autem stulti miscentur contumeliis. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate & non dabitur illi. Sicut aqua profunda. sic consilium in corde uiri: sed homo sapiens exhauriēt illud. Multi homines misericordes uocant uirū autē fidēlem quis inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua: beatos post se filios relinquit. Rex qui sedet in solio iudicii dissipat omne malum intintu suo. Quis potest dicere mundum est cor meum: purus sum a peccato? Pondus & pondus. mensura & mēsura: utrūq̄ abominabile est apud deū. Ex studiis suis intelligitur puer: si munda & recta sint opera eius. Airem audientem & oculum uidētem dominus fecit utrūq̄. Noli diligere somnum. ne te egestas opprimat. Aperi oculos tuos & saturare panibus. Malum est: malum est: dicit omnis emptor: & cum recesserit tunc gloriabit. Est aurum & multitudo gemmarū uas aut̄ preciosum labia sciētiæ. Tolle uestimentum eius qui fideiussor extitit alieni: & p̄ extraneis aufer pign' ab eo. Suanus est homini panis mēdaciæ: & postea implebitur os eius calculo. Cogitationes cō-

filii roborantur & gubernaculis tractanda sunt bella. Ei qui  
reuelat mysteria & ambulat fraudulenter: & dilatat labia sua:  
ne comiscaris. Qui maledicit patri suo & matri: extinguet  
lumen eius in mediis tenebris. Hæreditas ad quā festinatur  
in principio: in nouissimo benedictione carebit. Ne dicas.  
reddam malum pro malo: expecta dominum & liberabit te.  
Abominatio est apud deum pondus & pondus: statera do  
losa non est bona. A domino dirigitur gressus uiri: quis aut  
hominum intelligere potest uiam suam? Ruina est homini  
deuotare sanctos. & post uota retractare. Dissipat ipios rex  
sapiens. & incoruat super eos fornicem. Lucerna domini spi  
raculum hominis quem inuestigat omnia secreta uentris. Mi  
sericordia & ueritas custodiunt regem. & roboratur clementia  
thronus eius. Exultatio iuuenium fortitudo eorum & digni  
tas senum canicies. Liuor uulneris absterget mala: & plaga  
in secretoribus uentris.

## XXI.

**S**icut diuisiones aquarū. ita cor regis in manu dñi: quo  
cūq; uoluerit inclinabit illud. Omnis uia uiri recta sibi  
uidetur: appendit autē corda dñs. Facere misericordiā & iu  
diciū: magis placet dño q̄ uictimæ. Exaltatio oculorū est di  
latatio cordis: lucerna impiorū peccatum. Cogitationes ro  
busti semper in abundantia: omnis autem piger in egestate  
est. Qui congregat thesauros lingua mendacii uanus & ex  
cors est. & impinguetur ad laqueos mortis. Rapinæ impio  
rum detrahent eos: quia noluerunt facere iudicium. Peruer  
sa uia uiri aliena est a deo: qui autem mundus est rectum  
opus ei?. Melius est sedere in angulo domatis: q̄ cum mulie  
re litigiosa & in domo cōmuni. Anima impii desiderat ma  
lū: non miserebitur proximo suo. Multato pestilente sapiē  
tior erit patruulus. & si sectetur sapientem sumet scientiam.  
Excogitat iustus de domo impii: ut detrahat impios a ma  
lo. Qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis: & ipse

clamabit & non exaudietur. Munus absconditum extinguit  
iras. & donū ī sinu indignationē maximam. Gaudium iu-  
sto est facere iudicium & paucor operantib⁹ iniquitatē. Vir q̄  
errauerit in uia doctrinæ: in cœtu gigātū commorabitur.  
Qui diligit epulas in egestate erit: qui amat uiuū & pinguia  
non ditabif. Pro iusto dabit⁹ impi⁹ & pro recto iniqu⁹. Me-  
lius est habitare in terra deserta: q̄ cum muliere rixosa & ira-  
cunda. Thesaurus desiderabilis & oleum in habitaculo iusti  
& imprudēs homo dissipabit illud. Qui sequif iusticiam &  
misericordiam: inueniet uitam: iusticiam & gloriam. Ciuita-  
tem fortium ascendit sapiens: destruxitq; robur fiduciæ ei⁹.  
Qui custodit os suum & linguam suā: custodit ab angustiis  
animā suam. Superbos & arrogans uocat⁹ indoctus: qui in  
ira operaſ superbiā. Desideria occidunt pigrū. noluerunt enī  
quicq manus eius operari. Tota die concupiscit & desiderat  
qui autē iustus est tribuet & non cessabit. Hostiæ impiorū  
abominabiles quæ offeruntur ex scelere. Testis mendax peri-  
bit: uir obediens loquetur uictoram. Vir impius procaciter  
obfirmat uultum suum: qui autem rectus est corrigit uitam  
suam. Non est sapientia: non est prudentia: non est consi-  
lium contra dominum. Equus paratur ad diem belli: domi-  
nus autem salutem tribuit.

## XXII.

**E**lius est nomen bonū q̄ diuitiæ multæ: sup argentū  
enim & aurū gratia bona. Diues & pauper obuiau-  
rūt sibi: utriusq; opator est dñs. Calidus uidet malū: & ab-  
scondit se. innocēs ptransit & afflictus est dāno. Finis mo-  
destiæ timor dñi: diuitiæ & gl'ia & uita. Arma & gladii i uia  
supbi: custos aut̄ animæ suæ lōge recedit ab eis. Proverbiū  
est: adolescentia iuxta uitam suā etiam cum seruerit non rece-  
det ab ea. Diues pauperibus imperet. & qui accipit mutuum  
seruus est foeneratis. Qui seminat iniquitatem metet mala:  
& uirga iræ suæ consummabif. Qui pñus ē ad misericordiā

benedicetur: de panibus enim suis dedit pauperi. Victoria  
& honorē acquireret qui dat munera: animā autē aufert acci-  
pientiū. Eiice derisorē & exibit cum eo iurgium cessabūtq;  
causæ & cōtumeliaz. Qui diligit cordis iuridiciā: ppter gra-  
tiā labiorū suorum habebit amicū regē. Oculi dñi custodi-  
unt scientiā: & supplantatur uerba iniqui. Dicit piger: leo est  
foris, in medio platearū occidendus sum. Fouea p̄funda os  
alienæ: cui irat⁹ est dñs incidet in eam. Stulticia colligata est  
in corde pueri & uirga disciplinæ fugabit eam. Qui calūnia  
tur pauperē ut augeat diuitias suas: dabit ipse ditioni & ege-  
bit. Fili mi inclina aurē tuā: & audi uerba sapientiū. Appo-  
ne autē cor ad doctrinam meā: quæ pulchra erit tibi cū serua  
ueris eam in uentre tuo. Et redundabit in labiis tuis: ut sit in  
dño fiducia tua. Vnde & ostendā eā tibi hodie. Ecce descri-  
psi eam tibi tripliciter in cogitationib⁹ & scientia: ut ostēde  
rem tibi firmitatē & eloquia ueritatis: respondere ex eis illis  
qui miserūt te. Non facias uiolentiā pauperi quia paup est.  
neq; cōteras egenū in porta: quia iudicabit dñs causam ei⁹:  
& configet eos qui confixerunt animā eius. Noli esse amic⁹  
homini iracūdo: neq; ambules cum uiro furioso: ne forte di-  
scas semitas eius. & sumas scādalum animæ tuæ. Noli esse  
cūm his qui defigunt manus suas: & qui uades se offerūt p  
debitis. Si enim non habes unde restituas quid causæ est ut  
tollat operimentū de cubili tuo? Ne transgrediaris terminos  
antiquos: quos posuerunt p̄fes tui. Vidisti uirum uelocem  
in opere suo: coram regibus stabit: nec erit ante ignobiles.

**Q**uando sederis ut comedas cum principe: dili XXIII.  
q̄ēter attēde quæ sunt apposita ante faciē tuā: & statue  
cultrum in gutture tuo: si tamē habes in potestate animam  
tuā. Ne desideres de cibis eius: in quo est panis mēdaciī. No-  
li laborare ut diteris: sed prudentiæ tuæ pone modū. Ne eri-  
gas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia faciēt

sibi pēnas quasi aquilæ & uolabūt in cœlū. Ne comedas cū  
homine inuidō:& ne desideres cibos ei⁹:qñ in silitudinem  
arioli & cōiectoris estimat qđ ignorat. Comede & bibe di-  
cet tibi,& mēs ei⁹ nō est tecū. Cibos quos comederas euō-  
mes:& perdes pulchros sermones tuos. In aurib⁹ insipien-  
tium ne loquaris:quia despiciēt doctrinā eloquii tui. Ne at-  
tingas paruolorū terminos:& agrū pupillorū ne introeas.  
Propinquus enim illorū fortis est.& ipse iudicabit cōtra te  
causam illorum. Ingrediaſ ad doctrinā cor tuū:& aures tuæ  
ad uerba sciētiæ. Noli subtrahere a puero disciplinā:si enim  
percusseris eum uirga.non morietur. Tu uirga percuties eū:  
& animam eius de inferno liberabis. Fili mi si sapiens fuerit  
animus tuus gaudēbit tecum cor meum:& exultabūt renes  
mei cum locuta fuerint recta labia tua. Non æmuletur cor  
tuū peccatores.sed in timore domini esto tota die:quia ha-  
bebis spem in nouissimo:& præstolatio tua non auferetur.  
Audi fili mi & esto sapiens:& dirige in uia animum tuum.  
Noli esse in conuiuīis potatorum.nec in comedationibus  
eorum qui carnes ad uescendum conferunt:q[uod] vacantes poti-  
bus & dantes symbola consumentur:& uestieſ pannis dor-  
mitatio. Audi patrem tuum qui genuit te:& ne contemnas  
cum fenuerit mater tua. Veritatem eme:& noli uendere sa-  
pientiam & doctrinā & intelligentiā. Exultat gaudio pater  
iusti:qui sapiente genuit.lætabitur in eo. Gaudet pater tu⁹  
& mater tua:& exultet qui genuit te. Præbe fili mi cor tuum  
mihi:& oculi tui uias meas custodian. Fouea enim pfunda  
est meretrix:& pute⁹ angust⁹ aliena. Insidiaſ in uia quaſi la-  
tro:& quos incautos inuenerit interficiet. Cui ux̄.cuius pa-  
tri ux̄.cui rixe.cui fouex̄.cui sine causa uulnera. cui suffossio  
oculorum?Nonne his qui commorantur in uino:& studēt  
calicibus epotandis? Ne intuearis uinum quando flauescit:  
cum splenduerit in uitro color eius;Ingreditur blande & in

nouissimo mordebit ut coluber:& sicut regulus uenena disfundet. Oculi tui uidebunt extraneas:& cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari:& quasi spiritus gubernator amissio clavo,& dices: Verberauerunt me sed non dolui: traxerunt me & ego non sensi. Quando eui gilabo:& rursus uina reperiam.

**N**E xemuleris uiros malos nec desideres esse XXIII cum eis: quia rapinas meditatur mens eorum:& fraudes labia eorum loquitur. Sapientia ædificabitur domus:& prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria: uniuersa substantia præciosa & pulcherrima. Vir sapiens fortis est.& uir doctus robustus & ualidus: quia cum dispositione initur bellum,& erit salus ubi multa consilia sunt. Ex celsa stulto sapientia: in porta non aperiet os suum. Qui cogitat mala facere: stultus uocabitur. Cogitatio stulti peccatum est:& abominatio hominum detractor. Si desperaueris lapsus in die angustiae: imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui dicuntur ad mortem:& qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris uires non sufficiunt: qui inspecto est cordis ipse intelligit.& seruatorem animæ tuæ nichil fallit: reddetq; homini iuxta opera sua. Comede fili mi mel quia bonum est:& fauum dulcissimum gutturi tuo. Sic & doctrina sapientiae animæ tuæ: quam cum inueneris habebis in nouissimis spem.& spes tua nō peribit. Ne insidieris & quereras impietatem in domo iusti: neq; uastes requie eius. Septies enim in die cadet iustus & resurget: impii autē corruiēt in malū. Cū ceciderit inimicus tu⁹ ne gaudeas:& in ruina eius ne exultet cor tuum: ne forte uideat dñs & displiceat ei:& auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimis. nec xemuleris impios: quoniam non habent futurū spem mali:& lucerna impiorū extinguet. Time dñm fili mi & regem:& cum detractoribus non comiscearis. Qm̄ repete

cōsurget perditio eorum: & ruinā utriusq; quis nouit? Hęc  
quocq; sapiētibus. Cognoscere personā in iudicio nō est bo-  
num. Qui dicunt impio iust' es. maledicēt eis populi: & de-  
testabunt̄ eos tribus. Qui arguit eum laudabūtur: & super  
eos ueniet benedictio. Labia deosculabitur qui recta uerba  
respōdet. Præpara foris opus tuum: & diligēter exerce agrū  
tuū: & postea ædifices domū tuam. Ne sis testis frustra cō-  
tra proximū tuū: nec lactes quęq; labiis tuis. Ne dicas: quō  
fecit mihi sic faciā ei: & reddam unicuiq; scđm op' suū. Per  
agrum hominis pigri transiui: & per uineā uiri stulti. Et ecce  
totum repleuerat urticæ. & operuerant supficiē eius spincæ &  
maceriā lapidum destructa erat. Quod cū uidissim posui in  
corde meo: & exemplo didici disciplinā. Vsq; quo piger dor-  
mies: usq; quo de somno consurges? Parū inquā dormies.  
modicū dormitabis. pauxillū man⁹ coseres ut qescas. & ue-  
niēt tibi q̄si cursor egestas tua. & mēdicitas q̄si uir armatus.

**E**nī quoq; parabolæ salomonis: quas transtu- XXV.  
lerunt uiri ezechiae regis iuda. Gloria dei est celare uer-  
bum: & gloria regum inuētigare sermonē. Cœlum sursum  
& terra deorsum: & cor regū inscrutabile. Aufer rubiginē de  
argento: & egredieſ uas purissimū. Aufer impietatē de uul-  
ti regis: & firmabif iusticia thron⁹ eius. Ne gloriosus appa-  
reas corā rege: & in loco magnorum ne steteris. Meli⁹ ē enī  
ut dicāt tibi. ascende huc: q̄ ut humilioris corā principe. Quā  
uiderūt oculi tui ne proferas in iurgio cito: ne postea emēda-  
re nō possis cū dehonestaueris amicū tuū. Causam tuā tra-  
cta cum amico tno. & secretū extraneo ne reueles: ne forte in-  
sultet tibi cum audierit. & exprobrare non cesset. Gratia &  
amicitia liberat̄: quas tibi serua. ne exprobrabilis fias. Mala  
aurea in lectis argenteis. qui loquiſ uerbum in tpe suo. Inau-  
ris aurea & margarita fulgens: qui arguit sapientē & aurem  
obedientē. Sicut frigus niuis in die messis: ita legat⁹ fidelis

ei q' miserit eū: aīam ipsius requiescere facit. Nubes & uent<sup>s</sup>  
& pluuiæ nō sequētes. uir gloriōsus & pmisa non cōplens.  
Patiētia lenief princeps: & lingua mollis cōfringet duriciā.  
Mel inuenisti. comedē qd' sufficit tibi: ne forte satiatus euo-  
mas illud. Subtrahe pedē tuū de domo proximi tui: nequā  
do satiar<sup>r</sup> oderit te. Iaculū & gladius & sagitta acuta: homo  
qui loquīs cōtra pximū suū falsoū testimoniuū. Dens putri-  
dus & pes lassus. qui sperat sup infideli in die angustiæ: &  
amittit palliū in die frigoris. Acetū in nitro: q' cātat carmina  
corde pessimo. Sicut tinea uestimēto & uermis ligno: ita tri-  
stia uiri nocet cordi. Si esurierit inimicus tu<sup>r</sup> ciba illū: si si-  
tit da ei aquā bibere. Prunas enim cōgregabis sup caput eius  
& dñs reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias: & facies  
tristis linguā detrahentē: Melius est sedere in angulo doma-  
tis: q' cum muliere litigiosa: & in domo cōmuni. Aqua frigi-  
da aīæ fitienti: & nunciū bon<sup>r</sup> de terra lōginqua. Fons tur-  
batus pede & uena corrupta: iustus cadēs corā impio. Sicut  
qui mel multū comedit nō est ei bonū: sic q' scrutator ē ma-  
iestatis opprimet a gloria. Sicut urbs patens & absq' mu-  
rorū ambitu. ita uir q' nō pōt in loquédo cohibere spīn suū.

**Q** Vomodo nix in æstate. & pluuiia in messe: **XXVI.**  
sic indecēs est stulto gloria. Sicut auis ad alta transuo-  
lans. & passer quolibet uadēs: sic maledictū frustra prolatū  
in quēpiam superueniet. Flagellum equo & cham<sup>r</sup> asino. &  
uirga in dorso imprudentiū. Ne respōdeas stulto iuxta stul-  
ticiā suam: ne efficiaris ei similis. Respōde stulto iuxta stul-  
ticiā suam: ne sibi sapiēs esse uideaf. Claudus pedib<sup>r</sup> & iniq-  
itatē bibēs: q' mittit uerba per nunciū stultum. Qūo pulcras  
frustra habet claudus tibias: sic indecēs est in ore stultorū pa-  
rabola. Sicut qui mittit lapidē in aceruū mercurii: ita qui tri-  
buuit insipiēti honore. Qūo si spina nascaf in manu temulē-  
ti: sic parabola in ore stultorū. Iudiciū determinat causas: &

qui imposuit stulto filétium iras mitigat. Sicut canis qui re-  
uertitur ad uomitum suū: sic imprudēs q̄ iterat stulticiā suā.  
Vidisti hominē sapientem sibi uideri: magis illo spem habe-  
bit insipiens. Dicit piger, leo est in uia, & lexena in itinerib?.  
Sicut ostium uertitur in cardine suo: ita piger i lectulo suo.  
Abscōdit piger man? sub ascella sua, & laborat si ad os suū  
eas conuerterit. Sapientior sibi stultus uidetur: septem uiris  
loquentibus sententias. Sicut qui apprehēdit aurib? canem  
sic qui transit & impatiens commiscetur rixe alterius. Sicut  
noxius est qui mittit sagittas & lanceas in mortem: ita uir  
qui fraudulenter nocet amico suo; & cum fuerit deprehen-  
sus dicet: ludens feci. Cum defecerint ligna extinguet ignis:  
& susurrone subtracto, iurgia conquiescunt. Sicut carbones  
ad prunas & ligna ad ignem: sic homo iracundus suscitat ri-  
xas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad  
intima cordis. Quomodo si argento sordido ornare uelis  
uas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. La-  
biis suis intelligitur inimicus: cum in corde tractauerit do-  
los. Quando submiserit uocem suam ne credideris ei: quo-  
niā septem nequicīe sunt in corde illius. Qui operit odiū  
fraudulenter: reuelabitur malicia eius in consilio. Qui fodit  
foueam incidet in eā: & qui uoluit lapidem reuerte ad eum.  
Lingua fallax non amat ueritatē: & os lubricū opaf ruinas.

**N**e glorieris in crastinū: ignorás quid supue XXVII.  
Natura pariat dies. Laudet te alien? & non os tuū. extra-  
neus & nō labia tua. Graue est saxū & onerosa arena: sed ira  
stulti utroq̄ grauior. Ira nō habet misericordiā. nec erūpens  
furor. & impetū concitati spūs ferre quis poterit? Melior est  
manifesta correctio: q̄ amor absconditus. Meliora sunt uulne  
ra diligētis: q̄ fraudulēta oscula odiētis. Anima saturata cal-  
cabit fauū. & aia esuriens etiā amarū pro dulci sumet. Sicut  
auis transmigrás de nido suo: sic uir qui derelingt locū suū,

Vnguento & uariis odoribus delectatur cor. & bonis ami-  
ci consiliis anima dulcoratur. Amicū tuū & amicū pris tui  
ne dimiseris. & domū fratris tui ne ingrediaris in die affli-  
ctionis tuæ. Melior est uicinus iuxta: q̄ frater procul. Stude  
sapientiæ fili mi & lætifica cor meum: ut possis exprobranti  
respōdere sermonē. Astutus uidens malū absconditus est:  
paruuli transeuntes sustinuerūt dispendia. Tolle uestimentū  
eius qui spopōdit pro extraneo:& palienis auferei pi-  
gnus. Qui benedicit proximo suo uoce grandi de nocte cō-  
firgens: maledicenti similis erit. Tecta perstillātia in die fri-  
goris & litigiosa mulier comparant. Qui retinet eam quasi  
qui uentū teneat: & oleum dextræ suæ euacuat. Ferrū ferro  
exacuitur. & homo exacuit faciem amici sui. Qui seruat fīcū  
comedet fructus eius: & qui custos est dñi sui glorificabit.  
Quō in aquis resplendent uultus prospiciētiū: sic corda ho-  
minum manifesta sunt prudētib⁹. Infern⁹ & perditio nūq̄  
replentur: similiter & oculi homin⁹ insatiabiles. Quō pbatur  
in cōflatorio argentū:& i fornace aurum: sic probat homo  
ore laudatis. Cor iniqui inquirit mala: cor autē rectū inqui-  
rit scientiam. Si cōtuderis stultum in pila quasi ptisanas fe-  
riēte desup pilo: nō aufereſ ab eo stulticia ei⁹. Diligēter agno  
sce uultum pecoris tui: tuosq̄ greges cōfidera. Nō enim ha-  
bebis iugiter potestatē: sed corona tribuet tibi in generatiōe  
& generationē. Aperta sunt prata & apparuerūt herbæ uirē-  
tes: & collecta sunt foena de montib⁹. Agni sunt ad uestimē-  
tū tuū & hedi ad agri preciū. Sufficiat tibi lac caprarū in ci-  
bos tuos & in necessaria dom⁹ tuæ & ad uictū ancillis tuis.  
**E**vgit impi⁹ nemine psequēte: iust⁹ autē q̄si XXVIII.  
leo cōfidens absq̄ terrore erit. Propter pctā terræ mul-  
ti principes eius: & pp̄ter hois sapiam & horū sciam quæ di-  
cunt, uita ducis longior erit. Vir pauper calumnians paupe-  
res: similis est imbri uehementi in quo paratur fames. Qui

c ii

derelinquūt legē. laudāt impium: q̄ custodiunt succendūtūr  
cōtra eū. Viri mali non cogitāt iudiciū: q̄ aut̄ inquirūt dñm  
aīaduertūt oia. Melior est paup ambulās in simplicitate sua  
q̄ diues in prauis itinerib⁹. Qui custodit legē fili⁹ sapiēs est:  
qui aut̄ comesatores pascit: cōfundit patrē suū. Qui coacer-  
uat diuicias usuris & fœnore liberali: in pauperes congregat  
eas. Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit  
execrabilis. Qui decipit iustos in uia mala i interitu suo cor  
ruet: & simplices poss̄ debūt bona eius. Sapiēs sibi uidetur  
uir diues: paup aut̄ prudēs scrutabif̄ eum. In exultatione iu-  
storum multa gloria est: regnātibus impiis ruinæ hominū.  
Qui abscondit scelera sua nō dirigeſ q̄ aut̄ confessus fuerit &  
reliquerit ea misericordiā cōsequet̄. Beat⁹ homo q̄ semp̄ est  
pauidus: q̄ uero mētis est duræ. corruet in malū. Leo rugiēs  
& ursus esuriēs: princeps impi⁹ sup ppl̄m pauperē. Dux in-  
digens prudētia: multos opprimet p̄ calumniam: q̄ aut̄ odit  
auariciā longi fient dies eius. Hominē qui calūniaſ aīx san-  
guinē: si usq̄ ad lacum fugerit nemo sustinet. Qui ambulat  
simpliciter faluus erit: qui pueris gradif̄ uiis cōcidet semel:  
Qui operaſ terram suā satiabit̄ panib⁹: qui aut̄ sectatur ociū  
replebit̄ egestate. Vir fidelis multū laudabitur. qui aut̄ festi-  
nat ditari: nō erit innocēs. Qui cognoscit in iudicio faciē nō  
bene facit: iste & p̄ buccella panis deserit ueritatē. Vir qui fe-  
stinat ditari & aliis inuidet: ignorat q̄ egestas supueniet ei.  
Qui corripit hominē: gratiā postea iueniet apud eū: magis  
q̄ ille qui per linguæ blandimēta decipit. Qui subtrahit ali-  
quid a patre suo uel a matre: & dicit: hoc nō esse peccatū: par-  
ticeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat. iurgia cōcitat: q̄  
uero sperat in dño saluabit̄. Qui cōfidit i corde suo stult⁹ ē:  
q̄ aut̄ gradif̄ sapiēter i p̄ laudabit̄. Qui dat pauperi nō idige-  
bit: q̄ despicit depcantē sustinebit penuriā. Cū surrexerit im-  
pii abscondenſ hoīes: cum illi perierint. multiplicabūtūr iusti.

**I**tro qui corripiētē dura ceruice cōteminit re XXIX.  
Pétin<sup>9</sup> ei supueniet interit<sup>9</sup>: & eū sanitas nō sequet. In  
multiplicatiōe iustorū lētabit uulg<sup>9</sup>: cū impīi sūperint pri-  
cipatū gemet populus. Vir qui amat sapiētiā lētificat p̄em  
suūm: q̄ aut nutrit scortū perdet substantiā. Rex iust<sup>9</sup> erigit  
terrā: uir auar<sup>9</sup> destruet eā. Homo qui blādis fictisq̄ sermo-  
nibus loquif amico suo: rete expādit gressib<sup>9</sup> eius. Peccātem  
uirū iniquū inuoluet laqueus: & iustus laudabitur atq̄ gau-  
debit. Nouit iustus causam pauperū: impius ignorat scien-  
tiā. Homines pestilētes dissipat ciuitatē: sapiētes uero auer-  
tunt furorē. Vir sapiens si cum stulto contēderit: siue irascat  
siue rideat: nō inueniet requiē. Viri sanguinū oderunt sim-  
plicem: iusti aut̄ querunt animā ei<sup>9</sup>. Totum spiritū suūm p̄  
fert stult<sup>9</sup> sapiēs differt & reseruat in posterū: Princeps qui  
libēter audit uerba mēdaciōi: om̄es ministros habet impios.  
pauper & creditor obuiauerunt sibi: utriusq̄ illuminator est  
dñs. Rex q̄ iudicat in ueritate pauperes: thron<sup>9</sup> eius in æter-  
num firmabif. Virga atq̄ correctio tribuit sapientiam: puer  
autē qui dimittit uolūtati suāe confundit matrē suā. In mul-  
tiplicatiōe impiorū multiplicabun<sup>f</sup> scelera & iusti ruinas eo  
rum uidebūt. Erudi filium tuū & refrigerabit te: & dabit de-  
litias animāe tux. Cum pphetia defecerit dissipabif pp̄lus: q̄  
uero custodit legē beatus est. Seruus uerbis nō potest erudi-  
ri: quia qd̄ dicis intelligit, & respōdere contēnit. Vidisti ho-  
minē uelocē ad loquendū: stulticia magis speranda est q̄ il-  
lius correctio. Qui delicate a puericia sua nutrit seruū suūm:  
postea sentiet eum contumacē. Vir iracūdus puocat rixas.  
& qui ad indignandū facilis est, erit ad peccandū p̄cliuor.  
Supbum sequitur humilitas. & humilē spiritu suscipiet glo-  
ria. Qui cū fure participat odit animā suām: adiurātem au-  
dit. & non indicat. Qui timet hoiem cito corrueat: qui sperat  
in domino subleuabit<sup>f</sup>. Multi requirunt faciem principis &

c iii

iudiciū a domino egreditur singulorum. Abominantur iu-  
sti uirum impiū: & abominantur impii eos qui in recta sunt  
uia. Verbū custodiēs filius: extra perditionem erit. XXX.

**U**erba cōgregatis filii uomētis. Visio quā locut⁹ est uir  
cum quo est deus. & qui deo secum morante cōfortat⁹  
ait: Stultissimus sum uirorū. & sapiētia hoīm nō est meū.  
Non didici sapientiā. & noui scientiā sanctorū. Quis ascen-  
dit in coelum atq; descendit? Quis continuuit spiritū in ma-  
nibus suis? Quis colligauit aquas quasi in uestimēto? Quis  
fūscitauit omnes terminos terræ? Quod nomen est eius. &  
quod nomen filii ei⁹ si nosti? Omnis sermo dei ignitus:cly-  
peus est omnibus sperantibus in se. Ne addas quicq; uerbis  
illius & arguaris: inueniaris q; mendax. Duo rogaui te: ne de-  
ne ges mihi anteq; moriar. Vanitatē & uerba mendacia lon-  
ge fac a me. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi. Tri-  
bui tñ uictui meo necessaria: ne forte satiatus illiciar ad ne-  
gandum:& dicam: quis est dominus. aut egestate cōpulsus  
furor & periurem nomen dei mei. Ne accuses seruum ad do-  
minum suum: ne forte maledicat tibi & corruas. Generatio  
quæ patri suo maledicit: & quæ matri suæ nō benedicit. Ge-  
neratio quæ sibi munda uidetur: & tamē non est lota a for-  
dibus suis. Generatio cui⁹ excelsi sunt oculi. & palpebræ ei⁹  
in alta surrecta. Generatio quæ pro dentibus gladius habet  
& commandit molaribus suis: ut comedat inopes de terra.  
& pauperes ex hominibus. Sanguisuge duæ sunt filiæ: di-  
centes affer affer. Tria sunt insaturabilia. & quartum quod  
nunq; dicit sufficit. Infernus & os uulnæ & terra quæ non sa-  
tiatur aqua. ignis uero nunq; dicit sufficit. Oculum qui sub-  
fannat patrem & qui despicit partum matris suæ. suffodi-  
ant eum corui de torrentibus. & comedāt eum filiæ aquilæ.  
Tria sunt difficultia mihi: & quartum penitus ignorō. Viam  
aquilæ in cœlo. uiam colubri sup terram. uiam nauis in me-

dio mari: & uiam uiri in adolescentia. Talis est & uia mulie-  
ris adulteræ quæ comedit & tergens os suū dicit: Non sum  
operata malum. Per tria mouetur terra: & quartū quod nō  
potest sustinere. Per seruum cum regnauerit, per stultum cū  
saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem cum in ma-  
trimonio fuerit assumpta. & per ancillam cum fuerit hæres  
dominæ suæ. Quattuor sunt minima terræ: & ipsa sunt sa-  
pientiora sapientibus. Formicæ populus infirmus: qui præ  
parat in messe cibum suum. Lepusculis plebs inualida, qui  
collocat in petra cubile suum. Regem locusta non habet: &  
egredietur uniuersa per turmas suas. Stellio manibus nitit:  
& moratur in ædibus regis. Tria sunt quæ bene gradiuntur,  
& quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestia-  
rum: ad nullius pauebit occursum. Gallus succinctus lum-  
bos suos. & aries: nec est rex qui resistat ei, & qui stultus ap-  
paruerit, postq̄ eleuatus est in sublime. Si enim intellexisset:  
ori suo imposuisset manū. Qui autē fortiter premit ubera  
ad eliciendum lac, exprimit butyrū, & qui uehementer emū  
git, elicit sanguinem: & qui puocat iras pducit discordias.  
**U**erba lamuelis regis. Vñsio qua erudiuit eū XXXI.  
mater sua. Quid dilecte mi? quid dilecte uteri mei? qd  
dilecte uotorū meorū? Ne dederis mulierib⁹ substantiā tuā:  
& diuitias tuas ad delendos reges. Noli regibus o lamuel,  
noli regibus dare uinum: quia nullum secretū est ubi regnat  
ebrietas. Ne forte bibant & obliuiscant iudiciorū & mutant  
causam filiorum pauperis. Date siceram moerentibus, & ui-  
num his qui amaro sunt animo. Bibant & obliuiscatur ege-  
statis suæ & doloris suæ non recordetur amplius. Aperi os  
tuū muto, & causis omnium filiorum q̄ ptransfūt. Aperi os  
tuū, decerne qd̄ iustum est, & uindica inopem & pauperē.  
Aleph. Muliere forte quis inueniet? pcul & de ultimis finib⁹  
pcū ei?. Beth, Cōfidit in ea cor uiri sui, & spolijs nō indige-

bit. Gymel. Reddet ei bonū & non malū omnibus dieb' uitæ suæ. Deleth. Quæsiuit lanā & linū. & operata est consilio manuū suarū. Hæ. Facta est quasi nauis institoris. de lōge portas panē suū. Vau. De nocte surrexit: deditq; prædā domesticis suis & cibaria ancillis suis. Xai. Considerauit agrū & emit eum: de fructu manuū suarū plantauit uineā. Heth. Accinxit fortitudine lūbos suos. & roborauit brachiū suū. Teth. Gustauit & uidit quia bona est negotiatio ei⁹ non extinguetur in nocte lucernæ eius. Ioth. Manū suā misit ad fortia. & digitæ eius apprehéderunt fusum. Caph. Manū suam aperuit in opī. & paſmas suas extendit ad pauperē. Lamech. Non timebit domui suæ a frigorib⁹ niuis: omnes enim domestici eius uestiti sunt duplicitibus. Mem. Stragulatā ueste fecit sibi byſsus & purpura indumentū eius. Nun. Nobilis in portis uir ei⁹: quādo federit cū senatorib⁹ terræ. Samech. Syndonē fecit & uédidit: & cingulum tradidit chananæo. Ayn. Fortitudo & decor indumetū ei⁹: & ridebit in die nouissimo. Phe. Os suū aperuit sapietiæ, & lex clemetiæ in lingua eius. Sade. Considerauit semitas domus suæ: & panem ociosa non comedit. Coph. Surrexerunt filii eius & beatissimam prædicauerunt: uir eius & laudauit eam. Res. Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es uniuersas. Syn. Fallax gratia & uana est pulchritudo: mulier timēs dominum ipsa laudabitur. Thau. Date ei de fructu manuū sua rum: & laudent eam in portis opera eius.

¶ Expliciūt prouerbia salomonis summa cū diligentia emē data & in ciuitate Burgen⁹ nouiter impressa per Fredericum de Basilea germanū. Anno nostre salutis. Millesimo quingentesimo decimo tertio. decima sexta die mēsis Decēbris.  
Deo gratias.